# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


## De Methoposcopia Astronomica

**Finella, Filippo**

**Antuerpia, 1650**

De secunda Domo. Cap. II


urn:nbn:de:bsz:31-95557



Visual Library

## De Secunda Domo.
### Caput II.

CVm in prima domo actum ſit de vita, & ingenio, in hac ſecunda, agemus de diuitijs, & paupertatibus, quæ dictæ domui tribuuntur; iudicium regulando ex qualitate aſpectum illa inſpicientium, & ſicuti Sol quando erit in ſecunda, non ſolum dabit diuitias, ſed reddit homines magnanimos, liberales, & ſpendidos, ita contrarium operabit quoties erit maleficatus ab altero duorum infortuniorum.

FIGVRA XXXIX.



Qui habebit vnam lineam rectam in ſituatione Iouis conformem deſcriptioni figuræ 39. diuitias poſſidebit.



BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

## FIGVRA XL.



Vnalinea cum angulo acu-
to in ſituatione Solis,vt in
figura 40.facit natum; di-
uitiarum poſſeſſorem.

## FIGVRA XLI.



Habens vnum triangulum
in ſituationibus Martis,
& Solis, vt in figura 41.
diuitijs abundabit.

Fi-

## FIGVRA XLII.



Qui habebit vnam lineam rectam, & altam in ſitua tione Solis cum vna linea perpendiculari in ſitua tionibus Veneris, & Mercurij, vt in dicta figura 42. diuitiarum potietur.

## FIGVRA XLIII.



Qui habebit ſex lineas, ideſt vnam rectam in ſituatione Solis duas breues in ſituatione Veneris, & tres obliquas in ſituatione Lunæ, vt in dicta figura 43. bonas diuitias in poteſtate habebit.

## FIGVRA XLIV.



Qui habebit tres lineas in ſituatione Lunæ vnam formatam, vt litera S, in parte dextera, & vnam inſtar crucis in medio, & aliam ex parte ſiniſtra, vt in figura 44. erit diues.

## FIGVRA XLV.



Frons ſignata duobus lineis, ideſt vna recta, & breui in ſituatione Iouis; vna ſicut medius circulus in ſituatione Martis, vt in figura 45. demonſtrat natum habere diuitias.

## FIGVRA XLVI.



Habentibus ſex lineas, ideſt vnam rectam in ſituatione Saturni, & tres tortuoſas in ſituationibus Iouis, Martis, & Solis cum duabus perpendicularibus in ſituationibus Mercurij, & Lunæ, vt in figura 46. pecuniæ abundabunt.

## FIGVRA XLVII.



Habens ſeptem lineas ideſt 5. rectas, & breues in parte dextera in ſituationibus Iouis, Martis, Solis, Veneris, & Mercurij, & vnam perpendicularem in medio, cum vna linea breui in ipſa ſituatione Mercurij, vt in figura 47. erit pecunioſus.

## FIGVRA XLVIII.

Duæ lineæ vna angularis in ſituatione Solis, quæ deſcendat vſq; ad ſituationem Veneris, & alia perpendicularis, quę deſcendat ab illa Mercurij ad illam Lunæ, vt in figura 48. magnas dabunt diuitias.



## FIGVRA XLIX.

Qui habebit quatuor lineas, ideſt duas tortuoſas in principio ſituationũ Iouis, Martis, & Mercurii, & duas in ſituatione Solis perpendicularis ad ſituationem Lunæ, vt in figura 49. erit valdè diues.



## FIGVRA L.



Habens tres lineas rectas ; ideſt vnam in ſituatione Martis , & duas diuiſas in ſituatione Veneris , vt in figura 50. poteſt expectare diuitias.

## FIGVRA LI.



Habenti duas lineas obliquas quarum vna deſcẽdat à ſituatione Iouis , & altera à ſituatione Solis , vt in figura 51. diuitiæ nó deerunt.

## FIGVRA LII.



Habentem quatuor lineas, vnam rectam in ſituatione Solis, cum ramuſculo ex parte dextera, & vnũ S, ex parte ſiniſtra in ſituatione Veneris ex parte dextera vnum V, ex parte ſiniſtra in ipſa ſituatione, vt in dicta figura 52. diuitiæ non deſtituent.

## FIGVRA LIII.



Habentes duas lineas rectas, & vnam interruptã, ideſt duas rectas in ſituationibus Iouis, & Martis, & vnam interruptam in ſitua tione Mercurij, vt in dicta figura 53. diuitiæ non deficient.

## FIGVRA LIV.



Tres lineæ ideſt vna tortuoſa in ſituatione Martis, & duæ perpendiculares in ſituationibus Mercurij, & Lunæ, vt in figura 54. diuitias indicunt.

## FIGVRA LV.



Duæ lineæ in curuo; quarum vna erit in ſituatione Iouis, & altera in ſituatione Martis, vt in figura 55. natum diuitem denunciant.

## FIGVRA LVI.



Tres lineæ,ideſt duæ rectæ in ſituationibus Iouis, & Martis, & tertia cum vnco in ſituatione Solis, vt in figura 56. natum copijs plenum manifeſtant.

## FIGVRA LVII.



Sex lineæ apparentes in frō-te,ideſt vna recta in ſituatione Iouis cum vnco, & in ſituationibus Martis, e Solis duæ, quæ ſe copulā-tur ex parte dextera cum tribus lineunculis,quę deſcendant ad Veneris ſituationem verſus,vt in figura 57.magnarum diuitiarum ſunt indicia.

Fi-

## FIGVRA LVIII.



Qui habebit duas lineas vnam rectam, & breuem ex parte ſiniſtra in ſituatione Martis, & cum cruce in ſuo medio in ſituatione Solis, quæ deſcendat vſq; ad illam Veneris vt in figura 58. erit affluens diuitijs.

## FIGVRA LIX.



Ei, qui habebit tres lineas rectas, & longas in ſituationibus Iouis, Martis, & Solis, vt in figura 59. affluent diuitiæ.

## FIGVRA LX.



Habentis duas lineas, vnam interruptam in ſituatione Martis,& vnam longam, & rectam in ſituatione Veneris , vt in figura 60. multæ diuitiæ in poteſtatem venient.

## FIGVRA LXI.



Habens duas lineas vnam rectam in ſituatione Martis, & vnam curuam in ſituatione Solis,vt in figura 61.erit bonis fortunæ abūdans.

## FIGVRA LXII.



Habens quatuor lineas, duas tortuoſas in ſituatione Martis, vnam obliquam in parte dextera ſimiliter tortuoſam ſicut vna Martis, & vnam paruam, & obliquã ex parte ſiniſtra in ſituatione Lunę, vt in figura 62. erit bonis fortunæ copioſus.

## FIGVRA LXIII.



Tres lineæ, vna breuis ex parte dextera in ſituatione Iouis, & vna vndata ex parte dextera, & tortuoſa in ſituatione Solis, & tertia breuis, & vndata in ſituane Mercurij, vt in figura 63, dabunt bonorum ſatietatem.

## FIGVRA LXIV.



Sex lineæ in hoc modo, vna recta in ſituatione Martis cum ramuſculo, quæ tranſit per ſituationem Solis, & peruenit in illam Veneris, alia recta, & longa in ſituane Solis cum duobus ramuſculis, qui perueniunt in vnam lineam in ſituatione Veneris, quę formam Quadrati format, vt in figura 64. diuitem reddunt natum.

## FIGVRA LXV.



Qui habebit duas lineas obliquas vnam, quæ deſcendat à ſituatione Martis vſq; ad illam Veneris, & alteram in ſituationem Mercurij, vt in figura 65. diuitias non expetet.

## FIGVRA LXVI.



Habens tres lineas inſtar N, ſituatione Veneris, vt videtur in figura 66. ampliſſimis fortunis gaudebit.

## FIGVRA LXVII.



Septem lineæ, ideſt vna breuis ex parte dextera in ſituatione Martis, vna longa in ſituatione Solis, vna vndata ex parte ſiniſtra in ſituatione Mercurij, quarta ſicut 2. ex parte dextera ſuper cilium, & tres ramuſculi, & obliqui ſuper cilium ſiniſtrum, vt in figura 67. facient natum non expertem diuitiarum.

FIGVRA LXVIII.



Habens vnam lineã ex triangulı forma in medio frontis,quę incipit à ſituatione Solis,& ad finem in ſituatione Veneris, vt in figura 68. erit poſſeſſor diuitiarum.

# De lineis, quæ indicant paupertatem.

FIGVRA LXIX.



Qui habebit 5.lineas, ideſt vnam vndatam ex parte dextera in ſituatione Martis,& vnam breuem ex parte ſiniſtra in eadem ſituatione Martis,& aliam breuem ex parte dextera in ſituatione Veneris cum duobus ſignis vnum cum 3.in medio,& alterum ſicut 7.in ipſa ſituatione Veneris,vt in figura 69.à paupertate vexabitur.

Fi-